

Planetis, vastissimis corporibus, homines vivere docet. Cum tamen, hæc corpora (1) à nobis longe distent, ita quidem, ut nudis oculis ea contemplari nequeamus: (2) similem terræ nostræ (si per tubos observantur) faciem referant. (3) Si à rationalibus hominibus inania statuuntur, sequeretur, hæc frustra à Deo creata esse, nullumque usum habere (quod tamen nemo credit) quia nemo existeret, qui illa corpora, & in his alia minora, admirari possit. (4) si vero mundos esse statuuntur, Omnipotentissimi Creatoris potentia magis, extollatur. (5) Sacro codici minime repugnet.

Sed objiciet quis: Optimos Physicos, sæpissime Naturalistas aut Atheos evadere. Cui respondeo: Nullum verum Atheum, à condito orbe, adhuc usque tempus (qui non in animo convictus, Deum existere, hæcque omnia creasse) unquam fuisse. Cum tamen Summus Deus, hoc principium omnium gentium mentibus indiderit, ne
qui-